

bet ipsorum plenam ac liberam potestatem, tractandi, proponendi, allegandi, excipiendi, componendi, arbitros seu compromissarios ponendi, sub quibuscumque obligacionibus siue penis, obligandi ecclesiam nostram seu bona ipsius, finem & quitacionem faciendi, alium vel alios procuratores substituendj, necnon omnia & singula faciendi, que veri & legitimj procuratores facere possent, & que nos ipsi facere possemus, si presentes essemus. promittentes nos gratum habituros & ratum, quicquid per eosdem procuratores nostros vel substitutum seu substitutos ab eis, factum fuerit in premissis & quolibet premissorum. In cuius rei testimonium, sigillum supradicti Capituli nostrj duximus presentibus apponendum. Actum vpsalie, Anno Domini ..M°.. ..CC°.. Nonagesimo secundo. in vigilia Beati Erii.

Sigillet skadadt, på den ur brefvet klippta remsan.

1071.

1292. d. 26 Maj.

LEONHARD ÖDS SONS bref med tillkännagifvande att hans hustru Margareta före sitt giftermål för 24 mark pantsatt jord i Sörby till handlanden Hintze, med vilkor att blott Leonhard ägde att före bestämd tid samma jord återlösa.

A. 6. a. 2. 8.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit tam presentibus quam futuris. LEONARDUS ØTHONIS FILIUS salutem presentis vite pariter ac future. vniuersitati vestre duxi presentibus intimandum. Margaretam dilectam vxorem meam ante quam eam mihi duxi legittime in vxorem. hincæ mercatori apud finem pontis habitanti predium duarum horarum terre in sörby situatum in attundaland pro .XX. quatuor marcis denariorum impignorasse in termino dicte .M. accepto videlicet vltimo ante diem beati martini iam futuro redimendum. annuens quod extunc si predictum predium solutum non fuerit dicto hincæ ad proprietatem & plenum ius diuini transferatur perpetue possidendum. hac ratione subacta quod nemini ante dictum terminum nisi mihi. audeat vendere si mihi resolvere placuerit prenotatum. In cuius rei testimonium sigillum meum ac sigillum dilecte vxoris mee presentibus sunt appensa. Actum die secundo pentecostes anno domini. M°CC°XC°II.

Sigillen: N:o 1 bortfallet; N:o 2 mycket skadadt.

1072.

1292. d. 8 Juni.

TONNA, Erngisles hustrus testamentariska anordning, hvarigenom Thorsryd gifves till Nydala kloster.

A. 3. x. 1.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Cum in manu dei sint mors & vita & nesciat homo utrum amore an odio dignus sit, sed